



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Illvstrissimo, Ac Reverendissimo D. D. Maffeio Barberino S. R. E. Cardinali
Amplissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)



ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISSIMO D.
D. M A F F E I O
BARBERINO S. R. E.
CARDINALI AMPLISSIMO.

Iosephus Vicecomes Ambrosiani Collegij
Doct̄or Salutem.

LABORES hosce meos
editurus, cūm à Federico
Borromeo Cardinali,
Collegij nostri Authore,
sic ut debueram, quæsi-
uissim , cui potissimum
illos esse dicandas censeret; sub tui, vir Am-
plissime, nominis splendore, ut tanquam è
tenebris in lucem prodirens, imperauit.

ij

Qua voce audita, triumphai gaudio. Quid
enim aliud ego volebam, nisi ut alicus alta
mente prædicto viro, id est, tui similimo, ceu
Aristarcho censori, primus hic adolescen-
tiæ meæ partus mitteretur? Quid aut opta-
tis meis, aut ipsi rei conuenientius, quam
opusculum de re sacra ad sacræ eruditio-
nis, sacriquè ordinis, ac dignitatis Præsulem de-
stinare? qui sola virtute duce in supremum
orthodoxæ Ecclesiæ Senatum, admirabil-
bonorum omnium gratulatione lectus est,
qui Amplissimas Summi Pontificis legatio-
nes omnium gratia, & opinione prudentiæ
obinit è qui ad Episcopalem Ecclesiæ vigi-
liam cum ingenti gregis commissi lætitia
assumptus fuit, qui ob multiplicis eruditio-
nis, græcæque linguae, ac poeticæ facultatis
excellentiam veluti mortalitate maior con-
stanti fama celebratur, Merito igitur Car-
dinalis hic noster, acerrimus præstan-
tium, ingeniorū aestimator inter literarios
quos frequenter usurpat, sermones, bona-
rum artium studiosos, ut adtui se componat

imitationem, adhortari solet. Sed reprimam me: vereor enim, ut Comicus ille ait, coram in os te laudare. satius est nunc etiam atque etiam rogare, ut hunc librum serena fronte accipias. In quo si eruditissimus oculis tuis aliquid dignum occurrerit: non tam mihi, quam Federico Borromao Cardinali, tuarum laudum praconis, adscribe. Ab eo enim profectum est, quicquid est meum. Vale.

Mediolani Prid. Id. Febr. MDCXV